

mansionibus familiis libertis et mancipiis, cum gregibus et armentis. Quam donationem sic Deo factam ac etiam in presentia illustris Plectrudis filiorum curialiumque meorum ratam et firmatam etiam in mandiburnum meum suscepi, posterisque meis commendo ut stabilis sit. Hic est vero schedulę cęli tenor: „Hic locus a Deo electus ad salutem animarum multarum terra sancta est, valde magnificanda, servorumque Dei patrimonium, quod augebitur et a potestatibus protegetur; varie tamen tribulabitur. Qui vero hunc locum vexaverit, sic in radice marcescat ut in ramis non florescat, aut ultrices ultionis ęterne pęnas sustineat.“

Actum publice in palatio Joppiliensi, idibus novembris, anno incarnationis Domini DCLXXXVII. His interfuerunt quorum nomina subscripta sunt: Illustris Pipinus, illustris Plectrudis, Drogo filius, Grimoaldus filius, Hubertus comes, Sisibertus comes, Godefridus comes, Chudbertus, Charibaldus, Cosmarus, Winetharius, qui subscripserunt.